

judicium spectabat, ut docet Solorgan. *d. lib. 4. c. 3. n. 17.* & sic non poterat amplius molestari. Quia generaliter à jure statutum est, quod reus semel inquisitus, vel accusatus de aliquo crimine siue absolutus, siue condemnatus evadat, non potest amplius inquiri, vel molestari, quia crimen extinguitur absolutione, *Text. in l. 7. §. iisdem, ff. de accusat. l. penult. §. fin. ff. naut. caupon. vel stabul. l. ingenuum 25. Digest. de stat. hom. lege qui de crimine, C. de accusat. Cod. de his, eod. titul. leg. 12. titul. 1. part. 7. ubi Gregor. Lopez gloss. 2. & 3. Dominus Covarruvias libr. 2. variarum, capite 10. in princip. Julius Clarus §. fin. questione 57. numero 1. ubi Baiardus, Antonius Gomez libr. 3. variarum, capite 1. num. 27. Mastrill. de Magistr. dict. lib. 6. cap. 6. numero 29. Bobadilla dict. lib. 5. polit. capite 3. numero 135. Tiberius Decian. lib. 3. tractat. crimin. capite 30. ex numero 1. Fatinac. quest. 4. numer. 1. Guazzin. defens. 2. cap. 7. num. 21. plurib. Giurba conf. 53. num. 17. Ant. Matth. de crim. ad lib. 48. ff. tit. 19. cap. 2. n. 1. Tum etiam quia in specie Prætorum, Gubernatorum, & aliorum officialium, tam Hispaniæ, quam Novi Orbis, qui per tempus à lege præfinitum residentiam fecerunt, & syndicatum reddiderunt, semelque in eo absoluti fuerunt, seclusa collusione, & fraude amplius inquiri, aut molestari de gestis in officio non posse pluribus docent, ultra Mastrillum & Bobadill. ubi prox. plures relati per Solorgan. dict. cap. 8. num. 67. cum seqq. & in polit. dict. cap. 10. §. 7. en esto, usque ad fin. Et sic Auditor qui legitime syndicatum præstiterat de gestis in gubernatione, non potuit visitari, aut iterum inquiri.*

Neque his obviare videntur in contrarium adducta. Nam ex eo quod sit de regalibus Principis jus visitandi suos Magistratus, non sequitur quod hoc remedium sit adhibendum respectu munerum inferiorum, qui jure ordinario syndicati subjiciuntur. Non enim dubitamus de potestate Principis, sed de voluntate, quæ fertur ad hoc ut remedia extraordinaria non adhibeantur quoties ordinaria sufficiunt, ut probat Text. in leg. apud minores 12. leg. in causa 16. ff. de minor. leg. quedam 9. ff. de edend. leg. 1. ff. de præscript. verb. leg. 3. ff. si advers. rem judic. leg. cum sine, Digest. de Carbon. edict. lege 3. Codice de integ. restitut. cap. Clerici 11.

questione 3. Regens Dominus Hieronymus Leon. decis. 166. numero 3. Fontanella de pact. claus. 4. gloss. 18. parte decima, numero centesimo, & decisione centesima decima tertia, numero quarto, novissime Dominus Crespi observ. 1. numero 323. Et licet Princeps decrevisset hunc Auditorem visitari, dimanavit ex sinistra, vel diminuta informatione, quod suppleri potuit, & debuit, per Visitatorem, non aliud judicium institucendo, sed jussionis executionem suspendendo quousque Princeps ab eo plenius informatus, de cunctis facti circumstantiis; quod semel iterumque facere subditi permissum habent (per Textum in Authen. de mandat. Princip. §. denique, Cod. si quando de rescript. ubi Barbof. Solorgan. dict. tom. 2. de Indiar gubernat. lib. 2. capite 8. numero 51. & lib. 4. cap. 10. numer. 40.) quod iustum esset, decreverit. Certissimum namque videbatur, quod si Princeps, ejusque Senatus percepissent, quod Auditor nihil auctoritatis Senatorii officii impendisset in exercitio Gubernationis, prout re vera non impendit, quod syndicati paruit, quod residentiam compleverit, absque aliqua suspitione fraudis, vel perhorrescentiæ illatae querelosis, subditis, aut testibus, & quod absolutio penariæ evaserat, absolutionis confirmationem obtinendo in illa Regia Audientia, in qua ipse Prorex præfideret, judicium visitationis in eum non decrevisset.

Neque obstat secundum: nam, ut dixi numero nono, propositio potestatis Principis, quoad privandum officio quemlibet Magistratum, virtute clausulæ mera, & libera voluntate durante, valde dubia redditur: nam solum inducit quandam monitionem ad bene se habendum, & fideliter gubernandum, ut bene probat Ripol. dicto numero sexagesimo quarto, quibus addenda ea quæ ex Oliban. Bologneto, Domino Gregorio Lopez, & Ramonio notavi tom. 1. de regim. Val. capite quarto, §. 6. numero 9. Neque transire potest absque limitationibus, quæ illius vires enervant prorsus, ut ex ipsa observ. 7. Domini Crespi, si bene perpendatur, resultat. Sed quantumvis eam absolute concedamus, non inde sequitur, quod acerbissimum visitationis judicium, consuetudine introductum, ad reformandos excessus Magistratum supremorum munera perpetua obtinendum, & in



CONTROVERSIA LXXII.

De Gubernatore solvere jubente ex pecunia fisci sibi concedita, contra præceptum Superioris.

SUMMARIUM.

- 1 Falsi species narratur.
- 2 Recipiens pecuniam, ut alteri daret, si non fecerit, sed consumpsit, tenetur actione mandati & furti.
- 3 Et ad restitutionem cum usuris.
- 4 Administratores pecunias, vel res quas suscipiunt, ratione administrationis in vero deposito, & sequestrato habent.
- 5 Administratores contractant, quicquid in alios usus consumunt.
- 6 Administratores, etiam si nobiles sint, in carcerem detrudi debent pro restitutione pecunie in alios usus consumpta.
- 7 Thesaurarii, & alii administratores rerum fiscalium in hac dispositione comprehens.
- 8 Administratores bonorum civitatis similiter comprehenduntur.
- 9 Fæmine tutrices, & curatrices carcerari etiam possunt pro exigenda pecunia tutela ab eis consumpta.
- 10 Administratores bonorum concursus ad idem tenentur.
- 11 Administratores nihil solvere possunt absque judicis decreto.
- 12 Administrator, qui contra superioris decretum solvit, nihil agit, & pæna dignus efficitur.
- 13 Et in dolo præsumitur, dum superioris præceptum non observat.
- 14 Administrator in quantum excedit superioris præceptum, de proprio solvitur.
- 15 Mandans pecuniam administrationis consumere, eadem pæna tenetur.
- 16 Administrator rerum Fiscalium solvens veris Fiscis Debitoribus illius stationis, utiliter solvit.

- 17 Et absque alicujus injuria, si non praeposuerat ordinem prioritatis.
- 18 Praecepta superioris, si iniquitatem contineant, non ligant iudicem.
- 19 Maxime non reclamantibus his, quorum interest.
- 20 Potestas Proregis non se extendit ad impediendam debiti solutionem creditoribus fisci, quia non est absoluta.
- 21 Praeres non valent aliquid statuere contra jus tertii proveniens ex contractu.
- 22 Recipiens pecuniam, ut alteri daret, non contrectat, dum in proprios usus non consumpsit.
- 23 Proreges Novi Orbis non sunt domini rerum fiscalium, sed praepositi.
- 24 Rex semper voluisse praesumitur, quod iura decernunt.
- 25 Mandans ea qua de jure procedunt, non tenetur ad poenam, quia non mandavit delictum.
- 26 Solutio destinata incerto loco, in alio fieri potest consentiente parte.
- 27 Gubernator cui mandata est cura solvendi, non est depositarius, neque sequester, sed praepositus ad instar iudicis concursus.
- 28 Iudici nunquam imputatur, quod ea qua de jure procedunt, fieri mandet.
- 29 Iudices debent solutionem decernere juxta prioritatem, & potioritatem creditorum.
- 30 Iudices veritatem attendere debent in omnibus.
- 31 Iudices in determinatis a jure arbitrari non valent.
- 32 Iudices, ut litem suam faciant in dolo, & notoria culpa, male judicando reperiri debent.
- 33 Deciso Senatus.

IXIMUS controversia precedenti, Senatorem qui fodinas administraverat ab anno 1660. usque ad annum 1664. condemnatum fuisse per Visitatorem ad restituendum nonaginta duos mille aureos, quos solvere jussit, ex pecunia fisci, veteris creditoribus ejusdem negotiationis, contra praecceptum Proregis; qui solum solvere jussit in ipsis fodinis credita

causata tempore administrationis ipsius Proregis. Nam similis quantitas soluta dicebatur in civitate Limensi, & pro debitis causatis ante adventum ipsius Proregis: Iudex enim Visitator mandatum speciale in commissione habebat ut restitutionem cogere posset cujuscunque quantitatis, contra rescripta Proregis soluta.

Et condemnationem sustineri posse dicebatur ex eo, quod dictos aureos solvere jussit contra praecceptum Proregis ipsos tradentis. Quod probari posset ex Text. in lege si vero 12. §. dedi, ff. mandat, ibi: Dedi tibi pecuniam ut creditori meo exolveras, non fecisti. Praestabis mihi usuras, quo casu & a me creditor pecuniam debitam cum usuris recepturus sit. Quod Prorex tradidisset pecunias, ut creditoribus sui temporis exolveret, non poterat dubitari, quod non fecisset clare resultabat. Ergo non solum sortem, sed usuras, si eis fisco gravatus fuisset, restituere tenebatur: nam cum Ulpianus usuras praestare respondit, sortem praestandam supponit, cum sint sortis accessiones, ut late probavimus contrav. 40. numero 4. Melior ad rem Text. in lege si mandavero 22. §. si tibi centum, Digest. eodem, ubi Paulus ait, Si tibi centum dederis, ut ea Titio daret, tuque non dederis, sed consumpsisti, & mandati, & furti teneri te Proculus ait. Idem rescriptisse videtur Imperator Alexander in lege si tui, septima, Codice de furt. ibi: si is cui te pecuniam ad matrem tuam perseverandam dedisse proponis, parva quantitate numerata, reliquam in usus suos convertit, furtum fecit. Cum enim actionem furti sequatur restitutio, lege interdum quinquagesima octava, Paragraph. qui furem, Digest. de furt. cum vulgat. eo ipso quo actio furti datur, restitutio conceditur ultra poenam, ut in hoc casu docent Imola in lege si tibi dederim, vigesima quinta, Digest. de donat. Chastaneus ad consuetudinem Burg. rubr. 1. Paragrapho quinto, verbo si aliquis simplex furtum, numero nono, Farinacius consil. crimin. nonagesimo sexto, numero quadragesimo secundo, tomo primo, pluribus relatis Berlich. practica. parte quinta, conclusionem quinquagesima octava, numero septimo, cum sequentibus, & Carpovius in practica. crimin. questione octogesima quinta, numero 74. cum sequentibus. part. 2.

Quae

- 4 Quae confirmantur ex eo, quod Administratores rerum publicarum, qui in alium usum, quam destinatum pecunias expendant, lege Julia de residuis tenentur, Text. in l. 2. ff. eo tit. docent Tiber. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 28. num. 18. Petr. Gregor. lib. 33. syntag. 20. n. 20. Farin. g. 171. n. 57. Anton. Matth. lib. 8. tit. 10. cap. 5. num. 1. Carpov. d. part. 2. q. 85. num. 4. cum seqq. Reputantur quippe depositarii, & sequestratores; & sic quicquid in alios usus consumunt, contrectare videntur, ac per consequens crimine incurrunt, ita ut ad restitutionem, teneantur per carcerem, & similes coactiones, quanquam nobilitatis privilegio fruantur, ut de Theaurariis, Quaestoribus, & ceteris pecuniam fisci administrantibus dixerunt Bartol. in l. 1. §. haec verba, ff. nec vis fiat. Baldin. rub. C. de constit. pecun. Paris. de Puteo tract. de syndin. cat. tit. de arbitrio eorum, num. 19. Quod in jure nostro cautum est, in l. 14. tit. 7. lib. 9. recopilat. ubi Azevedo; num. 10. Lafarte, de Decim. vend. cap. 18. n. 65. Gutierrez, pract. p. 3. quest. 13. num. 103. cum seqq. Escobar, de ratiocin. cap. 23. num. 6. & 7. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 4. numer. 2. & 3. Salgado, in labyrinth. credit. part. 1. c. 4. n. 3. cum seqq. & part. 3. c. 6. num. 8. & cap. 7. ex numer. 1. De administratore rerum civitatis expendente extra usus destinatos probant pluribus Bobadilla, lib. 5. politica. cap. 4. num. 80. Escobar, de ratiocin. cap. 25. ex numer. 18. Salgado, d. 1. parte, cap. 41. num. 10. De scemina officium tutoris gerente, quae pecunias pupilli consumpsit, quamvis pro causa civili, in carectem detruendi non possit, ex juriis notatis, sup. part. 1. contrav. 59. num. 23. cum haec actio procedat ex delicto, detruendi posse tenentur Dueñas; regul. 312. limit. 2. aliis relatis Salgado, d. cap. 51. numer. 10. De administratore bonorum concursus cum Barr. Escobar, Bobadilla, & aliis plurimis probat diffusè Salgado, d. cap. 41. ex numer. 7. per plures sequentes. Et generaliter, de quocumque officiali, seu artifice rem sibi traditam in alios usus consumente, probant Text. in §. furtum instit. de obligat. qua ex delicto. n. l. si pignore, §. 1. leg. fulto & sarcinator, ff. de juris, cum aliis per me notatis, tom. 1. de regim. Val. cap. 8. §. 8. num. 30.

Cum enim similes Administratores rerum fisci, civitatis, pupilli, vel con-

cursum nihil solvere possunt absque iudicis expressa iussione; Text. in leg. si quis instituitur, §. penult. & ult. ff. de hered. instit. leg. 5. ff. de curat. bon. dand. poena dignus iudicatur, qui aliter fecerit, l. diligenter, ff. mandat. cum aliis adductis per Salgad. dict. part. 1. cap. 13. n. 51. & part. 3. cap. 6. ex numer. 2. Multo ergo magis poena dignus erit, qui non solum solvit absque iudicis, vel superioris praeccepto, sed imò contra expressam illius iussione, Text. in leg. si pupillorum, §. si Praetor, ff. de reb. eorum ibi: Et mea fert opinio, cum qui aliud fecit, quam quod a Praetore decretum est, nihil egisse, Text. in leg. si itaque mandatum, ff. de jur. iurisd. leg. sed & si ante, ff. ad Trebel. l. parvi, in fin. ff. de recept. arbit. cap. cum olim de offic. delegat. Docent Felician. Solis; de censib. lib. 2. cap. 3. ex numer. 15. Menochi. de arbitrar. cas. 252. numer. 1. Valenquell. consil. 47. num. 18. Castillo, tom. 4. controvers. cap. 35. ex n. 34. Imò in dolo praesumitur si superioris praecceptum transgressus fuerit, Text. in l. non potest dolo 199. ff. de regul. jur. ubi Petr. Fab. Cujacius & Revard. Textus etiam, in l. dolo 44. ff. mandat. l. si procuratorem, §. dolo, ff. eodem l. 1. §. fin. deposit. Bartol. in leg. tutor qui repertorium, ff. de administratore. Malcardi. de probat. conclus. 531. num. 8. Lucas de Peña, in l. quemadmodum, num. 6. Cod. de agricol. & censit. lib. 11. num. 61. Fatim. quest. 89. num. 95. Petr. Barbosa, in l. si mora p. 1. num. 10. ad fin. ff. solut. matrim. Novae. quest. forens. p. 1. quest. 139. in fin. Bardel. consil. 151. numero 50. Giurba, consil. 33. num. 4. Noguero. allegatione 7. num. 6. cum sequent. Salgado, dict. part. 3. cap. 7. ex numero 4. Ob quod in quantum excedit, superioris praecceptum de proprio solvisse videtur, absque eo quod de bonis administrationis solvisse dicatur. Ut docent Flores Diaz de Mená; in addit. ad Gamam. decis. 190. Martienzus, in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. gloss. 8. n. 14. cum seqq. Arias Pined. in l. 1. Cod. de rescin. vendit. part. 2. cap. 1. num. 18. Hermosilla, in l. 48. gloss. 5. num. 6. tit. 5. part. 5. Neque haec infirmati valent ex eo, quo Agaloni, seu Tabellario, datis fideiussoribus, pecunia tradita de more fuisset, ut veheret ad Arcam fodinarum, ita ut dici possit Tabellarium his iuribus teneri si in alios usus converterit. De quo loquutos expressè fuisse Berlich. & Carpov. ubi prox. ambi-

ambigi nequit. Quia quoad hos non-
aginta duos mille aureos non dubitatur
consumpsisse de expreso mandato Sen-
atoris, qui fodinas gubernabat: & sic
ipse Senator tanquam mandans delictum
ficti, eadem poena tenebatur. Ex
his quæ congeimus, *supr. contr. 15. n. 3.*
cum segg.

16 Verum in iis non obstantibus, revo-
candam condemnationem sequebatur ex
eo: quod Senator veris Fisci debitoribus
solvi iussisse apparebat, non præpostera-
to ordine prioritatis, vel potioritatis, sed
eo ad unguem observato. Non debita
obliterata antiquitate agnoscendo, seu
longi temporis transcurfu præscripta,
sed recenter per annum parum plus vel
minus ab eisdem ferme negociatoribus
contracta, jam imminente adventu ip-
sius Proregis. Non ad aliam stationem
spectantia, sed ex ipsa fodinarum nego-
ciatione procedentia: non in occulto
procedendo, aut solutiones ipsas latitan-
do; sed iussiones, vel delegationes judi-
cialiter palam expediendo in urbe to-
tius Regni Metropoli. Acceptam pecu-
niam in Arca fodinarum notando, ad
plenariam Theaurarii onerationem so-
lutionum apochas in rationibus referen-
do, ita ut tempore condemnationis jam
rationes solemniter in tribunali compu-
tationum expunctæ, atque definitæ re-
periebantur: & hæc omnia adimpleta
absque sordium, vel turpitudinis suspi-
cione, ita ut solum in eum inquireretur
de receptione muneris parvæ quantita-
tis, ut solveret creditum, quod non fue-
rat solutum; & adhuc neque de dono
apparuit in actis, neque de persona of-
ferentis. Sicque clarè sequebatur, mu-
neris obligationem plenissimè adimple-
visse, & negotium fisci utiliter gessisse,
juxta Text. *in leg. solvendo, ff. de negot.*
gest. cum vulgaris. Quæ gesta fuerant
17 absque injuria, vel præjudicio alicujus:
tum quia nemo de his solutionibus con-
queriebatur: tum etiam quia ex regula
trita in jure, qui prior est tempore, po-
tior est jure, *leg. qua prior, ff. de judic.*
qui prior, de reg. jur. in 6. ubi Barbofa.
Ex quibus sequebatur, non versari in
dolo, neque vero, neque præsumptio,
cum juris ordinem non præposteras-
set, & non teneri ad restitutionem eorum,
quæ secundum gradus prærogativam
solvere jussisset; nam etiam si solvisset
præpostera ordine, finito officio non

solum approbanda erant, verum etiam si
aliquid ultra receptum solvisset, recupere-
ri posset cum prælatione ad omnes
creditores, ut ex communi praxi pluri-
bus probat Salgado, *d. part. 3. cap. 9. ex 18*
num. 21. Et licet superioris præceptum
adesset; cum iniquitatem contineret con-
tra apertissimas juris regulas, jubendo,
quod anterioribus prætermisissis, posterioribus
solutiones fierent, nunquam ad-
strictus fuit ad illius observantiam, *Text.*
in leg. rescripta, Cod. de precib. Princ. of-
fer. leg. quoniam judices, C. de appellat. e.
si à Domino 11. quæst. 3. pluribus Fatinae.
quæst. 97. num. 25. præcipue animadver-
so, quod debita soluta ex delegationibus
Senatoris, eisdem ferme negociatoribus
debebantur, quibus & contracta tem-
pore administrationis illius Proregis,
sicque consentientibus eisdem in quo-
rum favore appositum præceptum fue-
rat, nulla injuria sequi poterat, *Text.*
in leg. nemo, ff. de reg. jur. cum aliis adductis
per Azevedum, in Rub. tit. 10. lib. 8. reco-
pilat. num. 6. quia ex consensu, verbis;
vel facto, sequitur clara renunciatio, *cap.*
solita, c. accepta, & cap. audita de restit.
spoliat. cum aliis adductis per Solorgan.
d. tom. 2. cap. 3. num. 89. cum segg. Neque
Superioris auctoritas læsa remansit, quia
illius potestas non se extendebat ad simi-
lem legem dicendam in solvendis cre-
ditoribus fisci, cum in hoc non ha-
beat potestatem absolutam, sed juri, &
rationi regulatam, ut pluribus probant
Mastril. *de Magistrat. lib. 5. cap. 6. nu-*
mero 32. Solorgan. *d. tom. 2. lib. 4. cap. 10.*
num. 39. Cum nec voluisse credendum
sit quod contra leges operaretur, *Text.*
in leg. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in
loc. publ. maxime in materia contractus,
in quo nec Princeps aliquid contra jus
tertio questum statuere valet, *Text.*
in cap. 1. de probat. & in l. digna vox, Cod.
de legib. cum aliis adductis per Valeng.
consil. 2. num. 5. de quo aliqua dixi, *1. 1.*
de regim. Val. cap. 4. §. 6. ex num. 5. Ne-
que expedit quod ea potestare utatur, *l.*
1. §. fin. ff. de servis, ibi: Nec enim Præto-
ris factum juri derogare oportet. Cum hoc
fuisse contrahentes eludere, quod non
est ferendum, *Text.* *in leg. 1. Cod. de his*
qui ven. arat. impetrat. ibi: Ne ii qui cum
eis contrahunt principali auctoritate cir-
cumscripsi esse videantur. Quibus addi po-
terat quod præceptum non fuit factum
cum solemnitatibus requisitis, neque in-
junctum

junctum eo modo, quoad poenam obli-
gare posset.

His positis non obstant in contra-
rium allegata. Quia *Text.* *in dict. lege*
si vero, §. dedi. lege si mandavero, §. si tibi
centum, ff. mandat. leg. is cui 7. Cod. de
furi. loquuntur de eo cui tradita pecu-
nia fuit realiter, ut alteri daret, & ipse
consumpsit in proprios usus, ut in ter-
minis disputant Berlich. dict. conclusio-
ne 58. ex numero 7. Catpov. dict. qua-
sitione 85. numer. 74. Tunc enim adest
contractatio invito Domino, & sic nil
mirum quod actio furti resulter. At in
22 nostra specie Senator, nihil realiter re-
cepit, nihil in proprios usus consumpsit,
sed in eisdem ferme, ac consideratos
in præcepto. Et licet concedamus per
illum datam formam solutioni fuisse,
poterat adimpleri per æquipollens quan-
do specificum adimplementum non
continet æquitatem, ut aliis relatis pro-
bat Barbofa, *axiom. 100. numero 8.* vel
quando juxta causæ interveniunt, pluri-
bus Latrea, *allegat. fiscal. 40. num. 28.*
Neque dici poterat factum invito Do-
mino, quia Prorex non erat Dominus
illius pecunie, cum solum ad eam spec-
taret administrationis cura, regulata, ut
dixi ex Solorgano, *dict. cap. 10. nume-*
ro 30. Rex enim, cujus pecunia erat,
semper præsumitur voluisse ea, quæ ju-
ra discernunt, ut ex dictis patet. Et sic
solvendo veris fisci creditoribus, ex
eadem negotiatione, secundum gra-
dus prærogativam, nihil fecerat invi-
to vero Domino, neque contractavit:
cum in effectu consumpta pecunia es-
set in eisdem usus, ad quos destinata
fuerat. Neque ratione mandati teneri
23 poterat, quia non mandaverat crimen
aliquod exequi; sed ea quæ de jure
procedunt. Licet enim præceptum in
forma specifica non adimplevisset, ad-
implevit per æquipollens ad majorem
utilitatem fisci, & creditorum eam tra-
dendo in civitate Linæ, quoniam in
ea negotiationem necessariam habere
debent ad uberiores expeditionem la-
boris, in ipsis fodinis faciendi, quia ab
ea civitate victualia, instrumenta, ac
cætera necessaria ad fodinas remittun-
tur, & sic ipsarum negotiatores debita
contrahunt, cum mercatoribus Li-
24 mensibus, & ad ea solvenda, etiam si pec-
unia veheretur ad fodinas, restituen-
da erat ad dictam civitatem, & similes

circuitus inutiles vitando, negotium cre-
ditorum utiliter gessit, eorum preces qua-
diendo, & fisci; cujus interest quod
ipsi negotiatores solvendo sint eis, qui
suas merces credere solent ad ipsos la-
bores necessarias. Neque ex eo, quod
Tabellio, vel Agalo condemnatus fuis-
set, culpa aliqua in Senatorem resulta-
bat; quia iste non fuit accusatus de
traditione pecunie, facta, jussu Senato-
ris, quia hoc crimen non erat, sed de
pecunia propria auctoritate consumpta,
& nihilominus cum eam consumpsisset
in solvendo credita, sive cessa à veris
fisci creditoribus, Regia Audientia Li-
mana cum condemnavit ad poenam le-
vissimam, nempe exilii temporalis, &
quatuor centum aureorum, ut ex actis
deprehendebatur. 27

Et ipse Senator non poterat dici se-
quester, vel depositarius, seu admini-
strator verè, earum pecuniarum; quia
realiter sibi tradita nunquam fuit, sed
Tabellioni, ut deferret ad fodinas, cas-
que daret Theaurario, ut moris est:
& sic Senatori solum commissa fuit cu-
ra restæ distributionis; ob quod non
valet argumentum desumptum ex The-
saurariis, Quæstoribus, Tutoribus, &
Adminstratoribus rerum Civitatis, vel
concurfus, quibus effectivè traduntur
bona ad instar depositi. Immo se ha-
bebat tanquam Præpositus, sive Ju-
dex bonorum pupilli, vel concursus, 28
ad quem pertinet solutiones decernere,
& mandata, expedire, ut creditoribus
solvatur; & nunquam auditum fuit,
quod Judici impeteretur in crimen solu-
tio prioris, vel potioris crediti, cum ex
officio teneatur solutiones decernere
secundum prioritatem, & potiorita-
tem, atque gradus prærogativam, &
antelationem: sic pluribus probat Sal-
gado, *in dict. lab. part. 1. cap. 3. per*
totum, & cap. 3. ex numero 25. part. 3.
cap. 11. à numero 10. & cap. 14. per to-
tum. In quo, ut in cæteris veritatem
ante omnia attendere debet, juxta Tex-
tum, *in lege penultima, ff. de probat. cap.*
queritur 2. questione 7. lege 3. titulo 23.
parte 3. leg. 11. titulo 1. lib. 5. Ordin.
pluribus Valençuel. consil. 1. num. 50.
& 56. Absque eo quod in determina-
tis à jure arbitrium exercere valeat,
Text. in lege omnium, ff. de procurator.
cum aliis adductis per Menochium, de
arbitrar. questione 14. per 101. miscellan.

miscellan. cap. 12. num. 6. Neviz. in silva nupt. lib. 5. numero 24. Solorçan. dict. tom. 2. lib. 2. cap. 7. numero 21. Quæ dispositio, non solum comprehendit Senatorem, sed etiam Proregem qui regulatam legibus potestatem, habet in rebus ararii, vel fisci. Neque malè judicasse Senatorem, & litem suam fecisse dici poterat, quia ad hoc requiritur notoria injustitia, vel per imperitiam, impudentiam, vel fordes, Text. in leg. fin. ff. de var. & extraor. cognit. pluribus Farinac. questione 111. ex numero 455. & Xamar. de Offic. Jud. part. 1. questione 17. numero 27. cum sequentibus. quæ omnia à nostra specie aberant, ut ex dictis patet.

³² Ex quibus revocandam condemnationem Senatus decrevit, Senatore leviter multato propter aliam culpam, inceptam condemnationem judicando: nam restitutio fieri debet de re ablata, & in nostris terminis nihil ablatum reperiebatur; non fisco, cum veris creditoribus ejusdem negotiationis solutiones factæ fuissent; neque creditoribus, quia eisdem pecunia tradita erat, ita ut nullus reclamaret, vel querelam proponeret de solutione sibi denegata, vel retardata; pœna enim spretii mandati levissima est, quando nullum damnum secutum fuit, ex latè deductis per Joannem Baptistam de Thoro, in compend. decision. tom. 1. verb. pœna spretii mandati.



CONTROVERSIA LXXIII.

De Potestate Proregis Novi Orbis in coercendis Senatoribus, eos remittendo ad Curiam Principis, illo inconsulto.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species eraditur.
- 2 Prorex Principem representat in omnibus, cum plenissima potestate, & jurisdictione.
- 3 Proregis factum, factum à Rege censetur.

4 Prorex procedere potest contra Senatores pro criminibus gravissimis, & scandalosis.

5 Magistratus conveniri non possunt pro debito civiliter, durante officio.

6 Senatores, & ceteri, officia perpetua obtinentes, durante officio conveniuntur.

7 Magistratus Superiores coram Principe, vel eo cui specialiter commissum est, conveniri debent.

8 Textus, in lege ne quisquam, ff. de offic. Proconsul. expenditur.

9 In Novo Orbe permissum Proregibus reperitur, contra Senatores procedere pro crimine gravi, extra officium commissum, usque ad executionem pœne corporalis.

10 In delictis ratione officii patris tantum procedere possunt ad processum fulminandum, & reos carcerandum, vel suspendendum.

11 Proregis arbitrio commissum est discernere, an crimen celerem demonstrationem exigit.

12 Facilitas Proregum in usu hujus arbitrii notatur.

13 Arbitrium hoc concessum in criminalibus, non in civilibus causis.

14 Ineptum remedium videtur, quod executionem impedit, restitutionis procurata.

15 Proreges possunt id ipsum quod Rex, nisi in his quæ expressè eis limitata sunt.

16 Proregis potestas limitata est, quoad coërcitionem Senatorum.

17 Prorex nihil statuere potest in Senatore, qui coram eo conventus non est.

18 Visitator à Rege destinatus, major est Prorege, in spectantibus ad visitationem.

Visitator.

19 Visitator tenetur consulere Regem qui solus est Superior, non vero Proregem.

20 Proreges, si aliquid errant, culpam consulentium orare solent, ut plurimum.

21 Deciso Senatus.



UDITORE condemnato & bonis ipsius in publica auctione venditis, ut coegeret reliquatum solveret, Visitator exposuit Proregi, quod ad hoc consequendum ipsum comparere mandaret in hac Curia, & in navim de proximo recessuram ascendere coegeret. Ut propositum fuerat, Prorex decrevit, & cum Senator obtemperasset, & de hoc conquereretur in nostro Senatu, dubitabatur an concessum Proregibus sit, vel Præsidibus, inconsulto Principe, hæc in Senatores statuere, & excipi.

² Et posse probabatur ex eo quod Proreges, & Præsides Principem representare dicuntur, cum plenissima potestate, & jurisdictione ex latè traditis per Dominum Solorçano, de jur. Indiar. tomo secundo, lib. 4. cap. 9. ex numero 1. & cap. 10. quibus addenda ea quæ notaveram, tom. 1. de regim. Valentie, cap. 2. §. ex numero 2. & novissimè Dominus Don Raphaël Vilosa, in dissertat. polit. & juridic. de nece Proreg. parte 1. in conclusione unica argument. 3. per totum, præcipue vers. tiene la misma Jurisdiction. Ob quod Proregis factum est tanquam factum ab ipso Rege, quem representat, Text. in lege 1. ff. de offic. Procurat. Cesar. cap. hi qui 12. de prebend. in 6. pluribus Solorçan. dict. tom. 2. lib. 2. cap. 9. numero 35. Quod specialiter cautum est, quoad punitionem alicujus gravissimi, & scandalosi criminis cujuscumque Magistratus ex Textu, in lege si quis 3. Cod. de offic. Præf. Prator. Orient. ibi: Ad nostram mansuetudinis sententiam, non crimina, sed vindicta reservatur, Text. in lege 3. Cod. de lucr. advocat. lib. 12. ibi: Etiam non consulta clementia nostra, pœnam subeat legibus competentem, Authent. ut jud. sine quo. fuffr. §. volumus, collation. 2. Docent Petrus Belluga, in speculatione D. D. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars II.

Princip. Rubric. 26. num. 6. Scip. Rovit. in pragm. 3. titulo de offic. sac. consil. numero 8. Dominus Solorçan. de jur. Indiar. dict. lib. 4. cap. 4. numero 80. cum sequentibus. Cum autem hæc causa gravissima esset, ut constat ex ipsa quantitate, quæ dicebatur consumpra contra præceptum superioris, optimo jure dicendum videretur, quod Prorex poterat in Senatore statuere pœnam condignam, & cetera quæ sibi necessaria viderentur ad reintegrationem pecuniæ consumptæ.

Quæ quidem procedunt dum criminaliter agitur; si verò civiliter, jure ordinario, licet Magistratus conveniri non valeant, pro causis pecuniariis durante officio, hæc regula limitatur in Senatoribus, & ceteris Magistratibus officia perpetua obtinentibus, ex decisione Textus, & de hoc Cod. ubi senat. vel clarissim. in lege 1. & 2. Cod. ubi senat. vel clarissim. & de jure nostro, in lege 15. titulo 1. parte 7. lege 2. & 3. titulo 1. parte 4. lege 19. titulo 3. libro secundo, recopilat. pluribus relatis Dominus Solorçano, dict. cap. 4. numero 66. cum sequentibus, ita ut Senatores, & ceteri Magistratus non solum coram Proregibus, sed coram ordinariis conveniri possint, ut quotidie conveniuntur, & communis usus judiciorum, atque generalis praxis demonstrat. Cum autem in nostra specie condemnatio pecuniaria facta fuisset (judicio criminali visitationis, ad censuram supremi Senatus Novi Orbis de more reservato) ut restitueretur fisco pecunia consumpta, dum bona istius Senatoris non reperiebantur, poterat per carcerem cogi ex dictis Controvers. præced. num. 5. sicut ceteris remediis Prætoris ordinarii Judices debitores cogere solent, in causis privilegiatis: Et multo magis auctoritate suprema Proregis potuit ad hæc Regna transmitti loco carceris, cum in his personis modus carceris arbitrio judicis relinquatur. Farin. plura & plures referens g. 30. ex n. 47.

Sed his non obstantibus contrarium in hac specie visum fuit; quia quicquid sit de judiciis inferioribus; de jure cognitio causarum Magistratum Superiorum, quales sunt Senatores, & ceteri Officiales Regiarum Audientiarum, officia perpetua obtinentes à Principe, ipsi Principi reservata est: sic mihi probat Text. in leg. solet. 6. §. 1. ff. de offic. X x